

¶ XX. FIDEM: NON EX OPERIBVS. 2. Tim. 1, 9. Vocavit nos DEVS vocatione sancta: NON EX OPERIBVS nostris, sed ex GRATIA. Tit. 3, 5. NON EX OPERIBVS, sed ex MISERICORDIA. &c.

48. IIII. Iustificatio nostra tota vertitur in Remissione peccatorum. Psal. 32, 1. Rem. 4, 6.

¶ 7. Nulla à nobis Operum satisfactio exigitur: Siquidem alioqui non esset condonatio debiti. Id quod etiam patet ex parabola de patrefamilias, sine omni satisfactione, debitum illud grande, decem millium talentorum gratis seruo remittente. Matth. 18.

49. IV. In omni merito propriè sic dicto, necesse est, ut oblatio sit libera, non necessaria, non precepta, non quavis alia de causa debita. At qui verò cum Renati etiam debeant omnia, Luc. 17, 10. Fecimus quod debuimus: locus utique nullus ipsorum meritis in justificando relinquitur.

50. Omnem abesse imperfectionem necesse est ab eo, quo quis aliquid mereri velit. At ea in renatorum etiam operibus non deprehenditur: Luc. 17, 10. Servi inutiles sumus. Venia igitur illis potius roganda, quàm meriti opinio assuenda fuerit.

51. Meritis cum præmio, proportio aliqua intercedat necessum est. At nulla renatorum operibus cum vita æterna incedit proportio neque ratione qualitatis, neque quantitatis: E.

VII. Idem